

# Alte Drucke

**Rector Almæ Francofurtanæ, Elias Grebenitz, S.S. Theol.  
Doctor, Facultatisq[ue] hujus Professor Ordinarius &  
Senior Supremos Honores, Exangui Corpori ...**

**Grebennitz, Elias**

**[Frankfurt/Oder], [1673]**

## Abschnitt

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**M**ensis nondum agitur, cum exequiali & pompā verē fēbili adōrnandā ex hoc eodem loco ostenderemus, omnēm vitā hujus stationē, quām docti tātītopere appetimus, infidam, īmodicātem esse. Quippe, paucos eā recipi, & receptos ab ingressu primo sepiūs avellī rursus in salūm: multō plures illuc appellentes, in via, tot procellis certatim vires frangentibus, deficere, patuit. Triste erat tunc, exemplo obvīo prius: àquē triste equidem & dolendum, alio in p̄sens se p̄t̄er exspectationē offerente, jam posterius in apricū magis ponere. Sed hoc fatūm est Hominis: Varietatis suā, incertorūmque casuum, & lachrymarum, ex alia atq; alia causa fluentium, documenta semper habet ob oculos, donec ipse simul p̄beat ceteris. Lubrica & incerta sunt omnia, quā speciōla nos, at fallaci voluptate delectant; fortuna, potentia, eruditio, sanitas corporis animi, cunctāque alia, ad quā generis humani coeca cupiditas obstupecit. Consistere aliquem stabili loco, arbitrarīs? Labitur. Curarū pondere & diversis laboribus vacuum? Obrutur. Felicibus passim uti Fortuna flabris, & se allevare grandibus incrementis? Dicto velocius deserit. Nullus mortalib⁹ verē quietis portus est, nisi Mortis. Hanc postquam subivere, tandem desinunt, aliās nunquam, luctuosa, inconstantia & calamitatis suā spectacula dare. Cum hisce luctibus luctamur, cum hisce fluctibus quotidie depugnamus, & vel ingratīis cogimur perpetuitati miseriæ nostræ ingemiscere. Qui in diem vivere sūscī, p̄t̄entium àquē ac futuro-

LACTIAS IAM QOTSIDIS MUL

turorum securus, illa quidem ad sese vix pertinere judicat: at sapiens penitus rem intuetur. Is ergo, ut communis hujus admoneatur sortis, non eget Aegyptiorum; quibus solenne fuit, mortui Caput circumferre, & convivatoribus ostendendo, dicere: Comedite, tales futuri. Advertit sponte animum, nec abire diem fatetur, quin exemplo suo ipsum quis hocce erudiat. **Sæpius** cum Poëta exclamat: *Quod vita scit labor iter? si plena tumultu sunt foras: si curis domus anxia; si peregrina Cura domos sequitur mercantem; si nova semper Damna manent; cesare vetat si turpis egestas; si vexat labor Agricolam?* Sæpissimum cum codem porro: *Afflictat Fortuna viros per bella, per aquor; Iras, insidiásque, catenatosque labores Mutandos semper gravioribus.* Et quæsitus de exitu horum laborum, atque ærumnarum, vix aliud quicquam responsi datus est, quam perpetuò obversantibus sibi ejusmodi doloribus remedium tandem exspectare se *suam mortem*. Pari nempe modo, ac Allobrogos, Galliæ populus, de quibus in Historia Romana primus Crispus Salustius, cum enim accusarent Senatum, quod in eo auxiliū nihil esset, percunctanti P. Umbreno: *quem exitum tantis malis sperarent?* respondisse fertuntur: *Calamitatibus suis finem nullum videri, præter suam mortem.* Sed redeundum est ad institutum. *Deficientis in via,* quâ per continua profundi hujus dolorum Maris discrimina ad qualemcumque inquietam vitâ hujus requiem vulgo pervenit, illætabile exemplum modò *Egregius ac in paucis certè prædictandus Juvenis præstò est.* *Nobilissimus enim juxia ac eruditissimus*, dum viveret, MAURITIUS Meybaum / Jurium, Cultor in hac Universitate nostra suprà, quam dici potest, Industrius, quin elogio illo mactandus sit, ne unus dubiteret. Is remis & velis, quod ajunt, ad *cautem* illam, quam ostendimus, contendit. Non Fortunæ, non corporis, non ingenii varia commoda deficiebant tam inusitatum fervorem. Enimvero affatim ejus, quo proveheretur ad summum humanæ, licet incertæ & nusquam sibi constantis, felicitatis culmen, aderat. *Imò spes*

blanda

blanda quædam etiam rebus suis maximè intento affulxit, para-  
batürque amplissimus jam ad concendentum illam arduam.  
Honoris Rupem aditus: at de improviso lassatus Juvenis con-  
cudit. Loco Ejus natali quid clarius, atque ad formandum exu-  
scitandūmque Hominis ingenium, quo se erigeret, ac virtutis  
summum mediaretur Decus, opportunius? *Casella* namque  
Hasorum fuit, lauta Civitas cum splendida aere, Landgraviorum  
Principum ejus gentis antiquissima sede. Unde jam de-  
tenero ungui statim & rudi adhuc ætate negotiosa Aulicæque  
vitæ Tropica magno usui tandem futura sibi, observare potuit.  
Ibi vivere primò accidit *Nefro*, Anno supra millesimum sex-  
centesimo quadrages. nono, Communis Epochæ, Parentibus  
non virtute tantum: sed vita inclita conditione ad summum  
decus imbutis. Siquidem Pater fuit JOHANNES Weybaum/  
Hassæ Landgravii Lineæ Cassellanæ, cùm superstes esset, Con-  
siliarii Bellici, & Secretarii Legionis Geusiana munere admo-  
dum conspicuus. Mater vero perhibetur ANNA-MARTHA,  
**HENRICI** *Zenckes* / Praefecti quondam Domus, Burghausen  
in Provincia jam laudata, Filia. Ab utroque hos impensè  
dilectus Infans, cùm SS. Baptismatis undà conspersus, ad æternæ  
Gratiæ juratum fœdus accederet, nomen M A U R I T I I accepit.  
Quippe hoc præ alii videbatur commodum, quæsito ei amplè  
Auctoritatis Susceptore ejusdem nōminis. Talis erat MAURITIUS  
*Cæsler* Hassorum Celsissimi Principis Militiæ olim ærarius. Tri-  
bunus: à quo ejusmodi petito quoq; promptissime asserre cùdū est.  
At Eidei filio cùm adhuc major eura deberetur ab optimis hisce  
Parentibus, inopinâ mortis procellâ eos auferente, nimis pro-  
perè factus est Pupillus. Imò grassante latius cædem truculen-  
tiori vehementi, solus inter senos fratres, singulari Dei protec-  
tione, in columnis evasit, & evasit unâ mox ad exoptatam frugem.  
Patris enim ac Matris defunctorum vices supplebant Clarissim⁹  
Tutor & Agnati cæteri. Haberentne quippe religioni, huic uni  
ex ruderibus prostrataz domus superstiti, non impendere sum-  
ma

ma

mama

mam curam? Servatum inter tot clades & ruinas Propinquorum suorum, ut pupillam non observare, ac sollicitiore amore prosequi? Evidem hoc reapse compertum dedere, cum Liberalium artium eximio cultui sacratum, miserabile hoc nevolentiae sua pignus communicato consilio Schmalecaldiam, Protestantium fœdere ac nomine primò ibidem nato, percelebrem mitterent. Hic enim Ludo Reformatorum Literario porrò educandum tradiderunt, ac Pädagogis, quorum & inculpata erat vita, & mōres justæ reprobationi band obnoxii, & peritis minime vulgaris erat, summo studio commendarunt. Illi proinde, ut Agricola stirpi tenellæ ac flexili fortiora apponunt pedamenta: sic accuratis præcepis atque admonitionibus labantem Adolescentis animum suffulcire amabant, ut mores recti & scientia varia hinc ex voto germinarent. Id quod etiam Divini Numinis prona Benedictio habuit ratum, nam disciplinarum rudimentis feliciter & copiose haustis, Latine, Græce, & Hebreæ linguis parem operam impendit, Rhetorum quoque & bene ratiocinandi præceptionibus mox abundavit. Ad tantos profectus certè opus fuit studio, & cuius ardorem in eo admirantes Magistri jam majorem esse fatēbantur, quam uti sua Schmalcaldia alendo huic sufficeret. Ordinatum itaq; præclaro testimonio jam An. M. DC. LXVIII. ip[s]i Idd. April. è superiori classe ibidem dimiserunt in ampliorem Virtutis omnigenæq; Eruditionis cāmpum. Quo nomine Marpurgum primo respexit, atq; hic inter Universitatis Cives, Rectore Plur. Reverendo Viro HENRICO DUSINGIO, S.S. Theol. D. & Profess. receptus fuit. Mox eluxit etiam illa Ingenii, quæ ante jam multis admirationi atq; amoris fuerat, acris flamma, præseruit, cum exsuperaret, & dehinc lambere quoque intiperet amplissima Jurium fundamenta. Volupte erat tunc Excellentissimo D. HOLTERMANNO, fomenta ei suffundere pro virili, ut cū laude quoq; & fructu non exiguo deline ad superiores partes provolaret. Hisq; cum incumbere ferventius eset constitutum (locorum  
enīm

enim mutatio quandoq; novam causatur alacritatem) illustrem ali-  
am, nempe quam ad Hieram commendat grata Antiquitas, perire  
Academiam. Appulit verò ad eandem, cùm supremas partes te-  
neret *Magnificus JOH. DANIEL GUDELIUS, S.S. Th. D.*, Celeberrimi  
Antecessoribus, *GUDENO, SCHMIDELIO, & STEINMEZIO*  
privatim ac publicè Facultatem, cuius ille tantus Cultor erat, se-  
dulò exornantibus. Nec quicquam prius vel antiquius, quām uti  
illis se probaret, habuit, frequentando, quæ Collegia Literariorū  
Civium concierant, & in his assidue audiendo, proponendo, ex-  
cipiendo, pro re nata. Hæc nempe sanctissima in optimis Musa-  
rum emporiis ratio innotescendi Viris Liberalium disciplinarum  
præsidibus. Vos verò hinc procul estis, quorum via & scele-  
ra prius, quām vel tenuissima eruditionis morumque virtæ haud  
profanæ specimina, in lucem prodeunt. Inuenimini Juvenē lunc,  
qui longè alia, & nobiliore quidem mente fuit. talia enim egit,  
quæ nullus non bonorum jure summo laudat. Et quis virtutes  
Eius coeteras, uti par est? pietatem, inquam, modestiam, summā  
animi Temerariam, Humanitatem, quæq; alia generosum pectus  
ab improbo distingvūt vulgo lumina. Quid in Philosophiæ, quid  
in principiis disciplinæ sua studio præfiterit, non est in occulto.  
Disputavit publicè, quam diximus jam, Erphordiæ, A.M.DC.LXX.  
a Cal. Octobr. de *Bono Transcendentali*, Præside *M.S. AMUELE BOCCIO*; De *Statu A.* seq. prid. Non. Decemb. actum moderante  
*NICOLAO WILHELMO WALTHERO J. U. Doctorando*; A.  
proximè elapsi Calend. Mart. *De Torturis & Tormentis*, sub *DANIELE BÜTTNERO, J. U. L.* Ejusmodi rerum ubi testimonia ad-  
sunt, nullis opus est verborum phaleris. Excitus verò Idem fama  
hujus Nostræ, & cùm primis, quæ eam ornat, Amplissimæ Facul-  
tatis Jurid, licet paulò jam incertiori eset valetudine, tamen ad  
nos accessit. Sceptræ Universitatis cum fortè *Plurimum Reverendus atq; Excellentissimus JOH. CHRISTOPHORUS BECMANUS, Amicq; & Collega noster maximè colendus*, tenuit. Haud multò autem plus  
die adfuerat, & antiquum obtinere exemplò yisus fuit. Profeso-  
res

res ambire, iis modestia ac assiduitatis summo zelo se probare,  
prælectionibus quibuscumq; interesse, ac nil intermittere ejus,  
quo scientiam jam non vulgari modo acquisitam augeret, ei que  
ultimam tandem imponet manum. Stetit enim sententia, ad  
excessum A. labentis, summa Juris utriusq; Privilegia capessere,  
atq; ad altiorem Doctoris gradum adscendere. Qui primus adi-  
tus, per tot curarum fluctus & devoratas sponte molestias feliciter  
apertus, ad magis sublimem illam Honoris Cautem amplectendū  
vocari potest. Quis asserat, quicquam Ipsi ad votorum sumimum  
defuisse? Evidem probè Auctor: *Laborando, agendo, bene vigi-  
lando proferè omnia succedunt.* At qui melius omnia rerum mo-  
menta, quam mortalium ullus, novit exutere, sæpe nos senten-  
tia qualiscumq; exoptato fructu carere, jubet. Nil ramen inde piis  
improsperè sed universa vel supra votum secunda accidunt. Sic  
quocq; hic, dum quisq; gratulabundus jam intuitus est *Juvenis Per-  
exinx ac Nobilitati integrū vitæ cursum, ut qui dirigeretur penitq;  
ad existantem alicubi altiorem Dignitatis Rupem, ipse decumanis  
repente emergentibus fluctib; lassatus occidit.* Vis morbi hac  
erat vehementior, quā cū levarē nequit et summa Experiensissi-  
mi Medici diligentia, tandem ante aliquot dies cœpit affigi le-  
cto. Factumq; hinc, ut prudenter animadverteret, imminere si-  
bi horam novissimam. Continuis ergo ad summum Vitæ mor-  
tisq; Arbitrum precibus se convertit, & intrepidum subiit finem,  
piis cum Divini verbi Ministro colloquiis nixus, quorum partem  
verē memorabilem Concilio lugubris habitura est. Sic tandem  
j. Non. Octobr. paulò post IX. vespertin, agens annum quartum  
& vicesimum, piā ac beatā Morte eruptus est ex molestissimo hoc  
dolorum pelago in stationem eterna quiete placidam. Triste  
nobis est verissimē, tam illustri documento nunc magis confir-  
mare alios in sententia semel proposita. Lugere enim & turbari  
animo, solenne est, ejusmodi obortis ac penitus evolutis casi-  
bus. Nam apposicè Tullius, dicendi summus Magister: *Non  
sumus ( inquit ) ex silice nati : sed ex naturale in animis tenerum-  
quid-*

quiddam atque molle, quo subitis terroribus, quæ si tempestate, concutimur. De cætero Prudens, dum judicij aciem intendit, quotidianis communis miseræ spectaculis pascitur. Nec verò ejus nomine, qui maturè ex hoc turbido rerum Oceano eripitur: sed suo duntaxat quisque angitur. indulgentiæ enim propriæ jactationem sensim perire, dolet. Mortem verè dixit Ambrosius portum quietis, fidam securitatis stationem, & eruminarum malorumq; omnium perfugium. Habet proinde & Noster, quod iustinis exceptivit desideriis, locum nempe, quo circumactum variis pelagi erroribus caput tauri mulè quiete tandem componat. Non est ille Cautes ventorum furiis & assilientibus perpetuò fluctibus exposita, quin adeò nonnunquam cooperta undis, ut in hærendi spaciū cuiquam vix supersit. Cautes salutis inoffensa audit, in quam nulla vis, nulla ætas vel minimum adversi amplius machinatur. Qui in eam semel est receptus, nunquam avertitur. Gaudet, se sui juris arbitriiç; pleni factum. Gaudet, absoluto rerum Naturæ aspectu, & humana omnia ex superiori sede despiciat; divina verò, quorum rationem tamdiu frustra quæserat, propius intuetur. Tam beatum deplorare, fore invidia. Hoc nobis igitur unum duntaxat superest, ut exangui ejus corpori extremos honores quām prolixo officio præstemos, ILLUSTRISSIMI GENEROSSISSIMIq; COMITES ac BARO, Universitatis item PROCERES, & Literati Cives quicunque. Requirimus illud à vobis, quo à singulis modo deceat; & Egregiæ Juvenis virtutes una videntur poscere. Frustra in vivum pli fueritis, qui exuvias ejus negligendas putetis. In morte etiam tam subito qui expirat affectus, nec verus unquam aut sincerus esse potuit. Public. XX. Trinit. 4. Id. Oct. A. M. DC LXXIII.

M. R. D.